


Res  
1667



REGVLA  
beatissimidoctoris  
Augustini, & con-  
stitutiones canoni-  
carū regulariū cō-  
gregationis diuæ  
Crucis Conimbri-  
censis, ordinis eius-  
dem.



MARIA



IHS



Capitulum generale, vniuersis  
nostræ congregationis prioribus, fratribus &  
canonicis: Salutem in Domino, & spiri-  
tum obedientiæ salutarem.



Nil perinde optauimus post  
recens natâ hanc congrega-  
tionem nostram, Fratres cha-  
rissimi, nihilq; magis suppli-  
cibus animis à Deo honorû  
omnium largitore postula-  
mus: vosq; vnâ nobiscum &  
optasse & postulasse arbitra-  
mur, quàm vt ordinis statu,  
firmum ac stabilem cernere-  
mus: nec iuxta Apostoli vo-  
cem, mutatis subindè constitutionibus ritibusq; viuendi &  
cæremonijs, omni vëto doctrinæ circûferremur. Nâ annus  
iâ agitur trigessimus quartus, ex quo pientissimus Rex Ioan-  
nes huius nominis tertius, diuini numinis zelo inflam-  
matus, religiosos mores & beatissimi Augustini patris nostri  
regulam, non tã diligenter quàm par erat, à Canonicis re-  
gularibus huius regni obseruari intelligês: in animum in-  
duxit, hoc per celebre diuæ Crucis cænobium, cæterorû ca-  
put & culmen, reformare, & in pristinum religionis cando-  
rem reducere. Cui quidem reformationis muneri fratrem  
Blasium, ordinis diui Hieronymi professorem, delegit, virû  
omni virtutum genere præcellentem, & in regularibus in-  
stitutis optimè informatum, & valde exercitatum. Conui-  
xit ille nobiscû annos circiter viginti octo, optimâq; religi-  
onis formam: non minus exëplo quàm doctrina nobis tra-  
didit. Et ne in prælaris eius exemplis cõmemorandis longi-  
simus (vos enim ipsi oculis cõspexistis, & admirati estis)  
sem

semper ille optimi Pastoris instar gregē Domini præcessit.  
Nec satis habuit verbis pariter & exemplis nos diligentissi-  
mè instituisse, sed etiam Constitutionis modum addecebat:  
nostrū viuendi genus & reformationis condidit, quæ no-  
strū viuendi genus & reformationis condidit, quæ no-  
nobisq; eas tradidit custodiendas, Cæterum, vt sunt res hu-  
manæ non vndiq; perfectæ, quoad nobiscū egit, nunquam  
desistit Constitutiones huiusmodi recognoscere, castigare,  
elimare, & permutare. Mutatis enim tēporibus mutari quo-  
q; humanas leges oportere intelligebat. Verum cū plurima  
correxisset, multò plura emendanda supererant, quæ dies &  
vltus ostendebant. Interea dum præ manibus gerit opus il-  
lud constitutionū non satis absolutum, præclarissimis eius  
meritis exigētibus, primus Leriensis episcopus creatur. Cu-  
ius dignitatis curis impeditus, ad nostri ordinis rationes cō-  
stituédas animum adhibere non potuit. Sperabamus tamē  
vt composito noui pontificatus statu aliquā temporis va-  
cationē nancisceretur quò nobiscum tandem constitutio-  
nibus vltimam manum admoneret: cū ecce diuini spiritus  
flatu permotus, & pōtificalem dignitatem annos sexdecim  
elemosynis multis, & vitæ exēplis sanctissimè gestā, & con-  
gregationis nostræ moderationem deponit. Et vt esset vi-  
num quoddam & singulare, tā religionis quā humilitatis  
exemplar, in primum suæ religionis, hoc est Hieronymia-  
næ institutum remeat. Vbi vitæ admirabili frugalitate, &  
mundi contemptu, precibus & lachrymis vacans, debitum  
soluit vniuersæ carnis tantorum meritorum præmia in cœ-  
lo percepturus. Post eius à nobis recessum, capitulis gene-  
ralibus, patres pro tempore præsidentes, opus illud con-  
stitutionum ab eo relictum: nec perfectum, recognouerūt,  
emendarunt, auxerunt, minuerunt, temporiq; & perso-  
nis accommodauerunt: quantū domino auxiliante potuere.  
Deinde capitulum generale ab hinc triennio celebratum,  
nihil iā cōstitutionibus præfatis deesse putans, charissimos  
nostros, D. Clementem & D. Philippum Romam misit,  
vt eas apostolicę potestatis munimine roborarēt & cōfirma-  
rēt. Quod illi diligētissimè perfecerūt. Nā apostolica benig-  
nitatē

nitate motu & scientia propria, confirmationis munus obti-  
nerunt: & literas confirmationis huiusmodi ad nos trans-  
miserunt. Quæ cum nobis fuissent exhibitæ, in hoc capituli  
generalis confesso, primum quidem immortales Deo opti-  
Max. gratias egimus, quod diuturni voti compotes facti, vi-  
uendi formam stabilem & perpetem haberemus. Deinde vt  
vos omnes tanti quoq; beneficij certiores faceremus, lite-  
ras prefatas simul cum regula gloriosissimi Doctoris Au-  
gustini patris nostri, præfigendas, constitutionibus curavi-  
mus: & ad calcem declarationes & obseruationes aliquo  
subiunximus, totumque hoc collectarium tam in præsen-  
tium quàm futurorum memoriam, sigilli nostri appensio-  
ne fecimus commaniri. Quapropter hortamur vos charis-  
simi, & in domino commonemus, vt has denuo confirma-  
tas constitutiones à nobis recognitas & declaratas, beneuo-  
lis & pacificis animis, sicut decet sanctos Dei, accipiatis, & in  
earum obseruatione feruentissimo religionis & pacis zelo  
incumbatis, reliquis omnibus quocunq; tempore obserua-  
ri solitis, omisis: Quatenus à remuneratore illo supremo  
obedientiæ & humilitatis immarcescibilem coronam recipi-  
atis. Dat. In Cœnobio D. crucis in nostro capitulo generali  
15. Calend. Iunias, anno salutis. 1561.

Sequitur exemplum literarum  
apostolicarum Confirmationis supra me-  
moratæ.



**P**ius episcopus seruus seruorū  
Dei, venerabilibus fratribus,  
Archiepiscopo Vlysbonen.  
& episcopo, Colimbricn. ac  
dilecto filio ministro mona-  
sterij per ministrū gubernari  
soliti, sanctissimæ trinitatis re-  
demptionis captiuorū Vlyf-  
bonensi, salutem & apostoli-  
cā benedictionē. Hodie à no-  
bis emanarunt literæ tenoris  
subsequentis. Pius episcopus. Seruus seruorum Dei, ad per-  
petuam rei memoriam, diuinæ maiestatis arbitrio ad sum-  
mum apostolatus fastigiū euecti, super vniuersos orbis regulares or-  
dines, & in eis voto religionis astrictos nostræ dirigētes cō-  
siderationis intuitum, ad eos qui post deformationē ad san-  
ctioris vitæ institutū peruigili catholicorum Regum & præ-  
sulū industria reducuntur, potioribus studijs intēdimus: &  
quæ pro felici statu & salubri directione illorum facta fuisse  
solerti indagine comperimus, vt illibata perdurent aposto-  
lico præsidio fauorabiliter comunimus, aliasq; desuper  
disponimus, prout locorū & personarū qualitate pēsata con-  
spicimus, in domino salubriter expedire. Sanē alias postquā  
sicut accepimus clarę memoriæ Ioannes Portugallię & Al-  
garbiorū Rex. III. pio ductus spū, reformationē Sctæ Crucis  
Colimbriensis, & nonnullorū aliorū monasteriorū, ordinis  
sancti Augustini Canonicorū regularium ac eorum prio-  
rum Canonicorum & personarum, quæ tum temporis reli-  
gionis integritate destituta prorsus erant, & reformatione  
maximē indigebant, per venerabilem fratrem nostrū Bla-

Blasium episcopum Lerien. tum monachum ordinis fan-  
ti Hieronymi ex licentia vel mandato apostolico procura-  
uerat, & deinde omnia & singula monasteria ipsa in pri-  
mam obseruantie regularis integritatem Domino coope-  
rante redacta, & in vna congregationem auctoritate aposto-  
lica, vnita & incorporata, nec non priorum triennialium gu-  
bernio supposita fuerant: & subsequenter p̄fatus Blasius  
episcopus, nonnulla olim ab eo tanquam reformatore à pri-  
cipio reformationis huiusmodi edita vel etiam in totum seu  
in partem abolita, limitata aucta & immutata statuta, Con-  
stitutiones & decreta, tunc fœlix regimen & perpetuam sta-  
bilitatem p̄dictæ congregationis concernentia mutaue-  
rat, oboluerat & auxerat: ac alia denouo ædiderat, eo re-  
formationis huiusmodi onus dimittente, dilecti filij Ge-  
neralis & alij Priores ac Procuratores congregationis eius-  
dem monasterij Sanctæ Crucis, in iouisimè celebrato &  
quibusdam alijs illud imediate p̄cedentibus capitulis suis  
generalibus legitime congregati iuxta priuilegium aposto-  
licum illis concessum, expresse disponens quod ordinatio-  
nes, in vno suo Capitulo Generali factæ, vim habeant Con-  
stitutionis, dum modo duæ ex tribus partibus vocem in eo-  
dem Capitulo habentium concurrant, & eodem ordine ser-  
uato per duo alia Capitula tunc imediate sequentia com-  
p̄bata, mox apostolico robore communitæ censeatur. Quæ-  
dam ex supra dictis constitutionibus, statutis & ordinatio-  
bus quæ ad pacem tranquillitatem & regularis discipline ob-  
seruantiam inibi conseruandas vehementer facere videbã-  
tur, alterarunt: quædam vero reiecerunt & alia limitarunt  
mutaruntque, ac vt qualitas temporis exposcebat aliqua alia  
denouo ediderunt, prout in tripartito volumine per capitu-  
la digesto, cuius prima formam clausuræ & silentij ac gradu-  
um etiam qui inter canonicos seruantur, & etiam formam  
electionis ac officij generalis aliorumque priorum cōgregatiōis  
nec nō cōsiliariorum, videlicet vicarij & cæterorum cū quib⁹ in  
rebus pagēdis dicti priores consilium ineunt: nec non cla-  
matorum, & nonnullorum aliorum officiorum, quæ tam in  
diu

diuini officij celebratione quàm in reliqua monasteriorum  
prædictorum administratione necessar<sup>is</sup> aduentur, sequens  
vero quasdam obseruantias & consuetudines dicti ordinis  
quæ circa dicti officij celebrationem, receptionem fratrum  
ad habitum & professionem, numerum dierum ad confitendum  
& communicandum, ritum confessionis & communionis,  
formam modumque concessionis licetiæ transitus fratrum  
ex ipsa congregatione in aliam : numerum missarum quæ  
in monasterijs cõgregatiõis huiusmodi quotidie dicuntur,  
ac formam processionum & exequiarum suffragiorumque  
nec non anniuersariorum, quæ pro fratribus benefactorib<sup>9</sup>  
& denique omnibus fidelibus defunctis fiunt, nec non ora-  
tionem & disciplinam cõuenutales, exceptionem Regis Re-  
ginæ, principum, & apostolicæ sedis legatorum in eisdem  
monasterijs pro tempore aduenientium: ac varietatem in-  
dumentorũ, modũq; quem seruare debent Canonici qui è  
monasterijs foras mittuntur, & circa nõnulla alia destinan-  
tur. Reliqua uero pars voluminis huiusmodi modum Capi-  
tuli generalis quod singulo quoque triennio celebratur, ac  
potestatem eiusdem, rationem quoq; expensarum quæ tem-  
pore ipsius generalis & particularis capitulorum aliarum-  
que eiusdẽ ordinis uisitationũ fieri consueuerunt, nec non  
priors & procuratores in capitulũ generale uenturos, ac vi-  
sitatores qui in eodem capitulo generali eliguntur, & vnãcũ  
dicto priore Generali in particulari Capitulo congregantur,  
ac uniuersa monasteria ordinis huiusmodi inter duo capitu-  
la generalia uisitant, nec non formam electionis & officũ eo-  
rũ ac formã uisitationũ congregationis, & electionũ Priorũ  
eiusdẽ, nec nõ Cap. principalis quæ singulis diebus habetur,  
ac numerum pœnitentiãrũ ordinis, ratiõesq; culparũ & pœnitẽ-  
tiãrũ: & quõdo transgressores pmissarũ cõstitutionũ pter pœ-  
nas temporales ad peccatũ & pœnã sacramentalem obliga-  
ti sũt inter alia cõplectuntur latius cõtinetur. NOS QUI VO-  
lumẽ ipsũ ac i eo cõteta, cõstitutiones, ordinatiões & decreta  
quęcũq; p̄ dilectos filios nostros Ioannẽ sc̄ti Ioã. ante portã  
latinã, & Clementem sancti Mariæ in ara cœli, titulum  
Præbiteros Cardinales, diligenter legi &

examinari fecimus, & in eis nihil præter purum & sincerum  
regularem cultum, & ræq; disciplinæ regularis formam, in-  
uenimus. Vt illi, apostolico præsidio subnixâ perpetuitati  
demandetur: ac cõgregatio prædicta illorũ ductu, feliciora  
indies suscipiat incrementa: apostolici roboris patrocinium  
interponere volentes, ac Generalem aliosq; priores nec nõ  
congregationem prædictos, ac eorũ singulares personas à  
quibusuis excõmunicationis suspensionis & interdicti, alijs  
que ecclesiasticis sententijs cõsuris & pœnis, à iure vel ab ho-  
mĩe quauis occasiõe vel causa latis, si quibus quõmodolibet  
inno dati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõn-  
sequendum harum serie absoluentes & absolutos fore cen-  
sentes, nec nõ Cõstitutionũ & aliorũ in dicto volumine cõn-  
tentorũ tenores præsentibus pro expressis habentes, motu  
proprio nõ ad ipsorũ generalis & aliorũ priorũ ac cõgrega-  
tionis & personarũ, vel alterius pro eis nobis super hoc obla-  
tæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione  
cõstitutiones ordinationes & decreta nouissimè edita alia-  
que prædicta, sicuti in dicto volumine Conscrip̃ta sunt, &  
inde sequuta quæcunq; autoritate apostolica tenore præsen-  
tiũ approbamus & cõfirmamus, ac illis perpetuæ & inuiol-  
abilis firmitatis robur adiicimus, nec non omnes & singu-  
los iuris & facti defectus si qui interuenerint in eisdem sup-  
plemus, illaq; õnia suos effectus plenarie sortiri, ac ppriores  
canonicos & personas p̃dictas p̃petuo inuiolabiliter obser-  
uari debere decernimus. Præterea volumus ac dictæ Con-  
gregationi perpetuo concedimus quòd ex nunc decætero  
Generale capitulũ cõgregationis monasterij sc̃te Crucis hu-  
iusmodi statuta, definitiones, cõstitutiones, ordinationes ac  
omnia & singula alia quæ ipsius Congregationis, & eius re-  
gularis disciplinæ statum obseruantiam & indemnitem  
in spiritualibus & temporalibus, ac diuini officij celebratio-  
nem, directionem quoquo modo concernere poterunt,  
autoritate prædicta interpretari & declarare ac desuper sta-  
tuere & ordinare: ac tam ea quæ sic instituta, ordinata & de-  
clarata fuerint, quam etiam præmissa in toto vel in parte  
prout

prout rerum vel temporum qualitas exegerit tollere, altera  
re, modificare, innouare, corrigere, emédare suspédere & in  
melius commutare valeant. Ita tamen quód nullæ ordina  
tiones aut definitiones in vno Capitulo generali factæ ullū  
constitutionis locum habere possint, quamuis statim obser  
uari debeat, nisi duæ ex tribus partibus in Capitulo  
huiusmodi habentium concurrerint, & per duo alia capitu  
la generalia serie continua cōprobata fuerint. Porro sic cō  
probata vim Constitutionis habeant, & mox apostolico ro  
bore communita. Illæ vero quæ per tria capitula ex tūc im  
mediate subsequutura cum duabus ex tribus partibus in ip  
sis vocē pro tempore habentium reiectæ & abrogata extite  
rint, eo ipso eadē apostolica autoritate reiectæ & abrogata  
cēseantur: ac illis quæ vim habuerint Constitutionis com  
munita vt præfertur omnes & singulæ dictæ cōgregatiōnis  
p̄sonæ efficaciter parere debeāt. Decernētes p̄missa vllō vn  
quam tempore quacunque ratione vel causa violari aut in  
aliquo mutari siue alterari p̄fētēsque literas desurreptionis  
obreptiōis vel nullitatis vicio aut intētionis nostræ, seu alio  
quop̄iā defectu notari nō posse: sed illibata perpetuo fore ac  
per quoslibet iuuolabiliter obseruari debere. Sicque per  
quoscunque iudices ordinarios & delegatos quauis autori  
tate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores  
ac Sanctæ Romanæ ecclēsiæ cardinales, in quauis causa &  
instantia sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudican  
di & interpretandi facultate & autoritate vbique iudicari  
& definiti debere: irritum quoque & inane si secus super  
his & quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter  
cōtigerit attētari. Nō obstantibus cōstitutōibus & ordinatio  
nibus apostolicis, ac felicitis recordatiōis B̄ndicti Pap. xii. p̄de  
cessoris nostri i ordie scti Aug. Canonicoꝝ regulariū huius  
modi editis, a quibus ḡnralē & alios priores ac Canonicos &  
personas congregationis huiusmodi harum serie absolui  
mus, eosq; ad eorū obseruationē nō teneri decernimus, alijs  
q; monasteriorū & ordinis ac cōgregatiōis p̄dictorū iuramē  
to, cōfirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roborata

A. v. m. d. c. l. i. s.

1450  
tis: statutis & consuetudinibus etiam libro ordinario nuncupatis, privilegij quoq; indultis & literis apostolicis predictis, & quibuscunq; alijs monasterijs, ordinibus, ecclesijs, conventibus, locis, & personis per præfatum, & quoscunq; alios Romanos pontifices, etiam prædecessores nostros: ac nos & dictam sedem, etiam per modum statuti perpetui, ac iniuncti & stipulati contractus, & alias sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs alijsq; efficaciorib; efficacissimis & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis etiam motu simili & excerpta scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis. Quibus omnibus etiam, si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idè importantes, mentio, seu quævis alia expressio habèda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus: hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionum, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decretorum, voluntatis, concessionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum. Datæ Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo, nonis Iulij Pontificatus nostri anno primo. Quocirca discretionem vestræ per apostolica scripta mādamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium seu alios, præinsertas literas, vbi & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte generalis & aliorum priorum, ac cōgregationis & personarum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fueritis requisiti, solemniter publicantes: eisq; in præmissis efficacis  
defen

defensionis præsidio assistētes, faciatis autoritate nostra lite-  
ras ipsas & in eis cōtenta quęcūq; firmiter obseruari, ac illos  
singulosq; alios, quos ea quomodolibet concernunt, eis pa-  
cificè gaudere, non permittentes eorū quempiam per quos-  
cunq; desuper quomodolibet indebite molestari, vel pertur-  
bari nos enim vobis contradictores quoslibet & rebelles, ac  
quoscunq; alios sua in præmissis interesse putantes, etiam  
per edictum locis publicis affigēdū: cōstito tamē vobis pri-  
us denon tuto ad illos accessu citandi & monendi, eisq; ac  
quibusuis iudicibus & personis, quibus & quoties opus fu-  
erit, etiam per simile edictum inhibendi, ac in eventum nō  
partitionis, censuras & pœnas prædictas: etiam iteratis vici-  
bus aggrauandi, interdictum ecclesiasticum apponēdi, nec  
non auxilium brachij secularis ad hoc, si opus fuerit inuocā-  
di, cæteraq; in præmissis & circa ea necessaria & opportu-  
na faciēdi, & exequēdi, plenam & liberam tenore præsentū  
concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis, & piæ  
memoriæ Bonifatij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri,  
qua cauetur nequis extra suam ciuitatem vel diocesim, nisi  
in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dictam à fine  
suæ diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede præ-  
dicta deputati, contra quoscunq; procedere, aut alij vel alijs  
vices suas cōmittere præsumāt. Et in cōcilio generali edita  
de duabus dietis: dūmodo vltra tres dietas aliquis earundē  
authoritate præsentū ad iudiciū nō trahatur: alijsq; cōstitu-  
tionibus & ordinationibus apostolicis cōtrarijs, quibuscūq;:  
aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim ab eadē sit sede in-  
dultū quòd interdicti, suspēdi, vel excōmunicari nō possint  
p literas apostolicas, nō faciētes plenā & expressā, ac de ver-  
bo ad verbū, de indulto huiusmodi mentionē. Datæ Romæ  
apud sctū Petrū, āno incarnationis Dñicę, millesimo quingē-  
tesimo sexagesimo. Nonis Iulij, Pōtificat<sup>o</sup> nostri āno primo.

1500

# Incipit regula beati Augustini episcopi patris nostri.

## Cap. primum.



Nte omnia fratres charissimi diligatur deus, deus  
de proximo, quia ista precepta sunt principa  
liter nobis data. Hec igitur sunt que ut obser  
uetis precepimus, in monasterio constituti. Pri  
mum propter quod in unum estis congregati: ut  
unanimes habitetis in domo: & sit vobis  
anima una & cor unum in deo. Et non dicatis aliquid pro  
prium: sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur unicui  
que vestrum a preposito vestro victus & tegumentum, non equa  
liter omnibus, quia non equaliter valetis omnes, sed potius unicui  
que, sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in actibus apo  
stolorum, quia erant illis omnia communia: & distribuatur uni  
cuique, sicut cuique, opus erat. Qui aliquid habebant in seculo,  
quando ingressi sunt monasterium, libenter velint illud esse com  
mune. Qui autem non habebant, non ea querant in monasterio, que nec  
foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus est  
tribuatur, etiam si paupertas eorum quando foris erant, nec ipsane  
cessaria poterant inuenire. Tamen non ideo putet se esse felices,  
quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire  
non potuerunt. Nec erigant ceruicem quam sociantur eis ad quos so  
ris accedere non audebant, sed sursum cor habeant & terrena va  
na non querant, ne incipiant esse diuitibus vtilia monasteria non  
pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic infla  
ntur. Rursus etiam illi qui aliquid esse videbantur in seculo, non  
habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem expau  
pitate venerunt. Magis autem studeant non de parentum diuitum digni  
tate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si  
comuni vite aliquid de suis facultatibus contulerunt. Nec prius diui  
tibus magis superbiat: quia eas monasterio parcuntur, que si eis in  
seculo fruerentur. Alia quippe quecumque iniquitas in malis o  
peribus exercetur ut fiant: superbia vero etiam bonis ope  
ribus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergen  
do dare pauperibus & pauperem fieri, cum anima mi  
sera

gma

de h  
qua

miserā superbiōr efficitur diuitias cōtemnēdo, <sup>quam</sup> fūerat possidēdo: Omnes ergo vnanimiter & cōcorditer viuite: & honorate in vobis deū inuicē: cuius templa facti estis.

Cap. secundum

**O**rationibus instate horis & tēporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad qđ est factū: vnde & nomen accepit: vti forte aliqui p̄ter horas constitutas (si eis vacat) orare voluerūt, nō eis sint īpedimento qui ibi aliqđ agendū putauerint. Psalmis & hymnis cū oratis deū, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandū. Quod autē nō ita scriptum est vt cantetur: non cātur. Carnem vestrā dōmate ieiunij & abstinentia escē & pot<sup>9</sup>, quantū valetudo p̄mittit. Quādo autē aliquis nō pōt ieiunare, non tamē extra horā p̄adij aliquid alimētorū sumat, nisi cum egrotat. Cum acceditis ad mensā donec inde surgatis: quod vobis secundū cōsuetudinē legitur, sine tumultu & contētionibus audite: ne solē vobis fauces sumāt cibum, sed & aures esuriant verbū dei. Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu: non debet alijs molestū esse, nec iniustū vidēri eis quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putēt, quā sumūt qđ nō sumūt ipsi, sed sibi potius gratulētur quā valēt qđ nō valēt illi. Et si eis qui venerūt ex moribus delicatioribus ad monasteriū: aliquid alimētorū, vestimētorū operimētorū vē datur qđ alijs fortioribus (& ideo feliciorib<sup>9</sup>) non datur, cogitare debēt quib<sup>9</sup> nō datur, quantū de sua seculari vita illi ad istā descēderint: quāuis vsq; ad aliorū qui sūt corpore firmiores frugalitatē peruenire nō potuerunt. Nec debēt velle ōnes qđ paucos vidēt amplius (nō quia honorantur, sed quia tollerātur) accipere, ne cōtingat detestāda peruersitas, vt in monasterio vbi qđntū possunt fiunt diuites laboriosi, fiant paupes delicati. Sane quē ad modū egrotantes necesse habent minus accipere ne grauetur: ita & post egrotudinē sic tractādi sunt vt citius recreentur, etiā si de humillima seculi paupertate venerint: tanq̄ hoc illis cōtulerit recētior egrotudo, qđ diuitib<sup>9</sup> anterior cōsuetudo. Sed cū vires pristinas reparauerint, redeāt ad feliciōrē cōsuetudinē suā: que

quā famulos dei tāto āplius decet q̄nto minus indigēt, necibi  
eos teneat voluptas iam vēgetos, quos necessitas leuarat in-  
firmos. Illos estimēt ditiōres qui in sustinēda parcite fuc-  
riant fortiores. Melius est enim minus egere, q̄ plus habere.

Cap. tertium.

**N**on sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus  
placere, sed moribus. Quādo proceditis, simulābulate.  
Cū veneritis quo itis, simul state. In incessu, statu, habitu, & ī  
ōnib⁹ motibus vestris, nihil fiat quod cuiuslibet offendat aspe-  
ctū, sed quod vestram deceat sc̄titatē. Oculi vestri & si iaciā-  
tur in aliquā faminarū, in nulla figātur. Neq; enī q̄ndo proce-  
ditis feminas vidēre phibemini, sed appetere vel ab ipsis ap-  
peti velle, criminōsū est. Nec solo tactu: sed affectu & aspectu  
quoq; appetitur & appetit cōcupiscētia feminarū. Nec dicatis  
habere vos aīos pudicos, si habeatis oculos impudicos, q̄  
īpudicus oculus īpudici cordis est nūcius. Et cū se inuicē si-  
bi net etiā tacēte lingua cōspectu mutuo corda nūciāt im-  
pudica: & secūdū cōcupiscētiā carnis alterutro delectātur  
ardore, etiā intactis ab immūda violatione corporibus, fugit  
castitas ipsa de moribus. Nec putare debet qui in faminā fi-  
git oculū, & illius in se ipsum diligit fixum, ab alijs se nō vi-  
ri cū hoc facit, videtur ōnino: & a quibus se videri nō arbi-  
tratur. Sed ecce lateat, & a nemine hominum videatur,  
quid faciet de illo desuper inspectore: quem latere ni-  
hil potest? An ideo putandus est non vidēre, quia tanto vi-  
det patientius quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus time-  
at displicere, ne velit femine male placere. Illū cogitet om-  
nia vidēre, ne velit femine male videri. Illius namq; & in hac  
causa cōmendatus est timor, vbi scriptū est. Abominatio est  
domino defigēs oculum. Quādo ergo simul estis in ecclesia  
& vbi cūque femine sunt, inuicē vestrā pudicitia custodite:  
deus enim qui habitat in vobis etiā isto mō custodiervos ex  
vobis. Et si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo  
vestrū aduerteritis, statī admonete ne cepta p̄grediātur, sed  
de proximo corrigātur. Si autē & post admonitiōem iterum  
vel aliquocunq; die id ipsum eū facere videritis, iam velut  
vulneratum sanandum prodar; quicumque hoc potuerit in-  
ne-

aliquam

uenire, prius tamē alteri vel tertio demonstrandū, vt duorū  
vel triū possit ore cōuinci, & cōpetētī seueritate coerçeri. Nec  
vos iudicetis esse maleuolos, qm̄ hoc iudicatis: Magis quippe  
nocētes estis, si fratres vestros q̄s iudicādo corrigere potes-  
tis: tacēdo perire p̄mittitis. Si enī frater tuus vult nō hēt in  
corpore qđ velit occultari dū timet secari, nōne crudeliter  
ab ille sileretur, & misericorditer indicaretur? Quāto ergo po-  
tius debes manifestare ne deterius putrescat in corde. Scian-  
te quā alijs demōstretur p̄ q̄s cōuincēdus est si negauerit;  
pri<sup>9</sup> p̄posito d̄bet ostēdi si admonitus neglexerit corrigi, ne  
forte possit secretius correctus nō inotescere ceteris. Si autē  
negauerit: tūc negāti adhibēdi sūt alij etiā corā oībus, vt pos-  
sit nō ab vno teste argui, sed a duob<sup>9</sup> vel trib<sup>9</sup> cōuinci. Con-  
uictus vero, secundū p̄positi vel etiā p̄sbyteri ad cuius dis-  
pensationē p̄tinet arbitriū: debet emēdatoriā subire vindi-  
ctā. Quā si ferre recusauerit, etiā si ip̄e nō abcesserit, de ve-  
stra societate proiciatur. Nō enim & hoc fit crudeliter, sed  
misericorditer, ne cōtagiōse pestifera plurimos p̄dat. Et hoc  
qđ dixi de oculo nō figēdo: etiā in ceteris inueniēdis, p̄hibē-  
dis, indicādis, cōuincēdis, iudicādisq; peccatis, diligēter & si-  
deliter obseruetur, cū dilectione hoīm & odio viciorū. Qui-  
cūq; autē in tantū p̄gressus fuerit malū, vt occulte litetras  
ab aliquo, vel qđlibet munus accipiat, si hoc vltro cōfiteretur  
parcatur illi, & oretur pro eo. Si autē deprehenditur atq; cōui-  
citur, secundū arbitriū p̄sbyteri vel p̄positi, graui<sup>9</sup> emēdatur.

Cap. quartum.

**V**estras in vnū habeatis: sub vno custode vel duobus:  
vel quot sufficere possit ad eas excutiēdas: ne a tinea le-  
dātur. Et sicut pascimini ex vno cellario: sic induamini ex  
vno vestiario. Si fieri pōt ad vos nō p̄tineat quod vobis in-  
dumētū pro tēporū cōg<sup>9</sup>uētia proferatur, vtrū hoc recipiat  
vnusq; qđ deposuerat: an aliud quod alter habuerat, dum  
tamē vniciq; pro vt cuiq; opus est nō negetur. Si autē hinc  
inter vos cōtētiōes & murmura oriūtur, cū cōgritur aliquis  
se d̄teri<sup>9</sup> accepisse, qđ pri<sup>9</sup> habuerat, & idignū se esse, qđ nō ita  
vestiatur sicut ali<sup>9</sup> fr̄ ei<sup>9</sup> vestiebatur, hīc vos p̄bate q̄ntū vo-  
bis deficit in illo in-

*habere*

*ipse*

*potest*

*aliquis*

*quod*

interiori scō habitu cordis: <sup>in</sup> q̄ pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis qđ posueritis, in vnū tamē locū sub cōmunib⁹ custodib⁹ habete quod ponitis, ita sane vt nullus sibi aliqđ op̄etur, sed oīa vestra opera in vnū fiāt maiori studio & frequentiori alacritate q̄; si vobis singulis faceretis, ppria, Charitas enī de qua scriptū est qđ nō q̄ritq̄ sua sūt sic itelligitur, quia coīa pprijs, nō ppria cōibus āte ponit. Et ideo q̄nto āplius rē coēm quā propria vestra curaueritis, tāto vos āplius pficere noueritis: vt in oībus quibus vtiq̄r trāsitura necessitas, superemineat q̄ p̄manet charitas. Cōsequēs ergo est vt etiā cū quis suis filijs, aut aliqua necessitudine ad se p̄tinētib⁹ in monasterio cōstitutis, aliquā cōtulerit vestē: siue quodlibet aliud inter necessaria deputandū, nō occulte accipiatur, sed sit in potestate p̄positi, vt in rē cōmunem redactū cui necesse fuerit p̄beatur. Quod si aliquis rem sibi collatā celauerit: furti iudicio condemnetur,

Cap. quintum.

Indumenta vestra scđm arbitriū p̄positi lauētur, siue a vobis siue a fullonibus, ne iterioris animę sordes cōtrahat mūde vestis nimius appetitus. Lauacrū etiā corporis cū infirmitatis necessitas cogit: minime denegetur. Fiat sine murmure de cōsilio medicinę, ita vt etiā si nolit, iubente p̄posito, faciat qđ faciendū est pro salute. Si autē velit & forte nō expedit: suę cupiditati nō obediatur. Aliq̄ndo etiā si noceat: p̄desse creditur qđ delectat. Deniq; si latēs est dolor in corpore, famulo dei dicēti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur. Sed tamē vtrū sanando illi dolori quod delectat expediat, si nō est certū medicus cōsulatur. Nec cāt ad balneas siue quo cūq; ire necesse fuerit, minus quā duo vel tres. Et ille qui habet aliquo eūdi necessitatē; cū quibus p̄positus iusserit ire debet. Egrotatiū cura siue post ægritudinē reficiēdorū, siue aliqua debilitate; etiā sine febrīb⁹ laboratiū, vni alicui debet iniūgi vt ipse de cellario petat: qđ cuiq; op⁹ esse p̄pexerit. Siue autem qui cellario siue qui vestibus, siue qui codicibus p̄æponuntur, sine murmure seruiant fratribus suis. Codices certa hora singulis dieb⁹ petantur. Extra horā qui p̄cierit,

cierit non accipiat. Vestimenta vero & calciamenta: quādo fuerint indigentibus necessaria: dare non differant, sub quorum custodia sunt quę poscuntur.

Cap. sextum

Lites autē nullas habeatis: aut quā celerrime finiat, ne ira crescat in odiū & iracundiam faciat de festuca, & aiā faciat homicidiam. Sic enim legitis, Qui odit fratrem suū, homicida est. Quicumq; autem conuictio vel maledictio vel etiam criminis obiectu alium leserit; meminerit satisfactione quā toti<sup>9</sup> scurare qđ fecit, & ille qui les<sup>9</sup> est sine disceptatione dimittere. Si autē inuicē se leserit, inuicē sibi debita relaxare debent: ppter orationes vestras qđ vtiq; quāto crebriores habetis tāto sanctiores habere debetis. Melior est autē qui quāuis ira sepe tentatur, tamen impetrare festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscat iniuriam: quā qui tardius irascitur & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autē nūquā vult petere veniā aut non ex animo petit: sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite. Quę stemissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamēta: vnde facta sunt vulnera. Quando autē necessitas discipline in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit: etiam si ipsi modū vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur vt a vobis subditis veniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamē petenda est venia ab omnium domino: qui nouit etiam eos quos plus iusto forte corripitis: quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio.

Cap. septimum.

Preposito tāq; patri obediatur: multo magis p̄sbytero: qui oīm vestrū curā gerit. Vt ergo cuncta ista seruetur, & si quid seruatū min<sup>9</sup> fuerit nō negligēter p̄creatur: sed vt emendandū, corrigendūq; curetur, ad p̄positū p̄cipue p̄tinebit: vt ad p̄sbyterū cui<sup>9</sup> est apud vos maior auctoritas referat, quod modū vel vires ei<sup>9</sup> excedit. Ipse vero qui vobis p̄sbytero sit timet: p̄tate dicit: sed charitate seruietefelicē. Honore corā vobis p̄latus sit vobis: timore corā deo substratus sit pedibus

Lascriant

Abraest

n se exist  
potestate do  
nante

prelatu

bus vestris. Circa omnes se ipsum bonorum operum præ-  
beat exemplum, corripiat inquietos, consoletur pusillan-  
mes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Disciplinam li-  
bens habeat, metuendus imponat. Et quâuis utrûq; sit ne-  
cessarium: tamen plus â vobis amari appetat quàm timeri  
semper cogitâs Deo se pro vobis redditurum esse rationē.  
Vnde vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ip-  
sius miseremini: qui inter vos quanto loco superiori, tanto  
in periculo maiori versatur. Donet dominus, vt obseruetis  
hæc omnia: tanquam spiritualis pulchritudinis amatores,  
& bono Christi odore de bona conuersatione fragrantēs,  
non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratia cōstituti.  
¶ Vt aut̄ vos in libello, hoc tanq̄ in speculo possitis inspice-  
re, ne per obliuionē aliquid negligatur, semel in septimana  
vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea quæ scripta sunt fa-  
cientes: agite gratias domino bonorum omnium largitori.  
Vbi autem sibi quicunq; vestrum viderit aliquid deesse, do-  
leat de præterito, caueat de futuro, orans vt sibi debitum di-  
mittatur, & in tentationem non indicatur. Amen.

FINIS.

CONIMBRICÆ.

¶ Per Ioannem Barrerium Typogra-  
phum Regium.  
M.D.LXI.

RESERVADO

LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF  
THE BUREAU OF

UNIVERSITY

UNIVERSITY

UNIVERSITY